

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Tertiæ Partis Volumen Secundum

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtru[m] pueri Iudæorum sint baptizandi inuitis parentibus? 10

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38725**

Vtrum pueri Iudaorum vel aliorum infidelium sint  
inuitis parentibus baptizandi?

**A**d decimum sic proceditur. Videtur, quod pueri Iudaorum vel aliorum infidelium sint baptizandi, etiam inuitis parentibus. Magis enim debet homini subueniri contra periculum mortis aeternæ, quam contra periculum mortis temporalis. Sed pueri in periculo mortis temporalis existenti est subueniendum, etiam si parentes per malitiam contraniterentur. Ergo multo magis est subueniendum pueris infidelium filiis, per baptismum contra periculum mortis aeternæ, etiam inuitis parentibus.

**¶ 2** Præterea, filii seruorum sunt serui, & in potestate dominorum. Sed Iudei sunt serui, & regum & principum, & quicumque etiam alij infideles. Ergo absque omni iniuria possunt principes filios Iudaorum vel aliorum seruorum infidelium facere baptizari.

**¶ 3** Præterea, Quilibet homo est magis Dei, a quo habet animam, quam patris carnis, a quo habet corpus. Non est ergo iniustum, si pueri infidelium filii parentibus carnibus auferantur, & Deo per baptismum consecrentur.

SED contra est, quod in Decr.\* d. 45. ex Cōc. Tole. sic dicitur de Iudeis, Præcepit sancta synodus nemini deinceps ad credendum vim inferre: non enim tales inuiti saluandi sunt, sed volentes, ut integra sit forma iustitiae.

**R E S P O N D E O** dicendum, quod pueri infidelium filii, aut habent usum tationis, aut non habent. Si autem habent, iam quantum ad ea, quæ sunt iuris diuini, vel naturalis, incipiunt suæ potestatis esse. Et ideo propria voluntate inuitis parentibus possunt baptismum suscipere, sicut & matrimonium contrahere. Et ideo tales licete moneri possunt & induci ad suscipiendum baptismum. Si vero nondū habet usum liberis arbitrij, secundum ius naturale sunt sub cura parentum, quādiu ipsi sibi prouidere nō possunt: unde etiā de pue-

393  
2.2. q. 10  
ar. 12. c.  
quot. 2. a.  
7. et 11.  
cor.

dit. 45. c.  
de Iuda.  
ex Conc.  
Tol. 4. c.

55.

TIS

170 QVÆST. LXVIII. ART. X.  
ris antiquorum dicitur, q̄ saluabantur in fide paren-  
tum. Et ideo contra iustitiam naturalem esset, si ta-  
les pueri inuitis parentibus baptizarentur: sicut etiā  
si aliquis habens vsum rationis baptizaretur inuitus.  
Esset etiam periculose tamiter filios infidelium ba-  
ptizare: quia de facili ad infidelitatem redirent, pro-  
pter naturalem affectionem ad parentes. Et ideo non  
habet hoc Ecclesiæ consuetudo, quod filii infidelium  
inuitis parentibus baptizentur.

Ad primum ergo dicendum, quod à morte corpo-  
rali non est aliquis eripendus contra ordinem iuris  
ciuilis: puta, si aliquis à suo iudice condemnetur  
ad mortem, nullus debet eum violenter à morte  
eripere. Vnde nec aliquis debet irrumperé ordinem  
iuris naturæ, quo filius est sub cura patris, ut eum li-  
beret à periculo mortis æternæ.

Ad secundum dicendum, quod Iudei sunt servi  
principum, seruitute ciuili, quæ non excludit ordi-  
nem iuris naturalis vel diuini.

Ad tertium dicendum, quod homo ordinatur ad  
Deum per rationem, per quam Deum cognoscere  
potest. Vnde puer antequam vsum rationis habeat,  
naturali ordine ordinatur in Deum per rationem pa-  
rentum, quorum curæ naturaliter subiacet; & se-  
cundum eorum dispositionem sunt circa ipsum diui-  
na agenda.

#### ARTIC. XI.

Vtrum pueri in maternis vteris positi, sint  
baptizandi?

394  
4. d. 6. q.  
1. a 1. q.  
1. et d. 23  
q. 2. a. 2.  
q. 1. ad 1.  
q. 2.

A D vndecimum sic proceditur. Videtur, quod  
pueri in maternis vteris existentes possint bapti-  
zari. Efficacius enim est donum Christi ad salutem,  
quam peccatum Adæ ad damnationem, vt Apost. di-  
cit Roman. 5. Sed pueri in maternis vteris damnantur  
propter peccatum Adæ. Ergo multo magis saluari  
possunt per donum Christi: quod quidem fit per  
baptismum. Ergo pueri in maternis vteris ex-  
istentes possunt baptizari.

¶ 2 Prz-